



**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xcix [i.e. ii]. Cognitio repræsentans bonitatem finis, quà talis non est
inadæquata vis causativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](#)

tem in se & propter se amatam amat, fit & suscipitur aliud, v. g. propter sanitatem in se & propter se amatam sumitur medicina. Finis alias est *finis qui*, & est bonum illud, quod amat: alias *finis cui*, & est ille, cui vultur seu appetitur illud bonum. Alius finis *ut adeptio*, & est boni illius possessio vel acquisitio; integrant autem hæc tria veluti partes unum finem adæquatum, & nullus eorum seorsim est aptus movere. Item alias est finis proximus seu immedius, alias ultimus; hic subdividitur in simpliciter ultimum, qui rationabiliter ulterius referri nequit, ut Deus; & in ultimum secundum quid, seu negativè ultimum, qui etsi de facto ab agente ulterius non referatur, de se tamen ulterius ad alium finem est ordinabilis.

II. Cognitio repræsentans bonitatem finis quæ talis non est inadæquata vis causativa finis, sed tantum conditio applicans voluntati vim causativam finis: quia cognitio non est id, quod repræsentatum movet ad amorem sui, nec ea intenditur ut acquirenda. Est itaque hoc concretum: *bonitas repræsentata*: inadæquate tantum secundum rectum vis

causativa finis; & dum dicitur bonitas ut re
præsentata movet, non reduplicatur vis cau-
sativa, sed conditio, ut fit, dum dicitur: ig-
nis ut approximatus calefacit. Neque ob-
stat, primò, quod cognitio sit existentia in-
tentionalis finis; quia sola existentia physica
(quæ repræsentatur ut obtinibilis) identifi-
cata entitati causæ est vis ejus causativa. Ne-
que secundò, quod solâ cognitione muta-
tâ nunc actus voluntatis producatur remil-
sior, nunc intensior, nunc liber, nunc neces-
farius; nam & mutata approximatione ig-
nis, alius & alius est ejus effectus: insuper,
cum voluntas non feratur in objectum, nisi
ut cognitum, illudque possit clarè vel minus
clarè cognosci, mirum non est, ex inde muta-
ti volitionem, quamvis non formaliter in-
trinsicè, ut fit à diverso tendendi modo.

III. Sola itaqùe bonitas est ratio formalis
seu vis causativa finis; illa enim sola attrahit
voluntatem; malum autem est veluti termi-
nus, à quo dum voluntas recedit per odium,
formaliter simul accedit ad bonum, cum non
dentrur actus puræ fugæ; sive non fugiat
malum nisi propter bonum, ita ut tales actus
fugæ pro objecto materiali & termino à
quo